565 od

Kropiwnicki Dąbrowa Donatio

Coram offi[ci]o et Actis p[rae]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[e]rs[ona]li[te]r comparens Nobilis Joannes olim Alberti Zarzecki Sanus mente et corpore exponens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Laurentii Kropiwnicki et suis posteris Bonorum suorum mobilium in hereditate Dąbrowa Zgniła sittorum in Area Octo Sulcos incipien[tem] à Tybla ad metam tenden[tem] inter metas Spalinski et eiusdem Alberti iacen[tem] Cum pomario et Omnibus eiusdem Areae utilitatibus fructibus quemlibet attinen[tibus] et pertinen[tibus] Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacif[ic]a possessione per Nobilem et Nobiles duos offerre acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione Commissionum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes Conventiones Iure toties quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non inquietare Sub Damnis Tribus simplis taxatis et educendis Et Coram officio isto peremptoria responsione Omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos Successores ubi abscribendo et abrenunciando.

Zając Quietatio.

Coram offi[ci]o et Actis p[rae]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[e]rs[ona]li[te]r comparens Nobilis Joannes olim Mathei Grochowski Holonka licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore Sanus exponens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Andream olim Mathei Zając de Zające Wagle heredem De persolutione Summae Duodecim Sexagenarum et grossorum Quindecim debiti sibi per eum Coram Actis Ordinibus Terrarum inscriptis ob sufficientem Satisfactionem quietat et inscriptionem cassat.

Borowski Quietatio.

Coram offi[ci]o et Actis p[rae]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[e]rs[ona]li[te]r comparens Nobilis Joannes olim Mathiae Holonka Grochowski licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore Sanus exponens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Franciscus olim Felicis Borowski de Wiborz iuxta binas inscriptiones Summam Sexaginta Quatuor florenorum Polon[icalium] debiti Coram Actis authenticis inscripti ex integro solvit adeo ipsum quietat et inscriptiones utrasque cassat cum [illegible] nomine obtento [illegible] temporibus [illegible] [illegible] ante.